Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Confessio bicornis

Discite quam prepesit et quam vicina ruina
Gloria mundana que ratione caret
Impetus eurit quicquid fortuna ministrat
Prospera nil stabile cum dedit illa statum
Discite quam nichil est quicquid peritura voluptas
Possidet et false predicat esse suum
Nil proprium natura dedit communia queque
Instituit fieri que meliora forent
Discite que nostre fuerint discrimina caude

Quoque vocis causam contulit sed ligua deficiente
Vix tamen potuit dicere bruna vale

Epitaphium bicornis

Pastores igitur ne fama periret in eum
Signarent tali gramate busta loci
Quem dum stulta fuit doctos docuisse probatur
Hec postquam sapuit verminibus esca datur

Reductio Galieni

Hec igitur brunelle tibi quod vidimus ipsi
Diximus exemplis ut monearis ab hiis
Sufficiat quod hec quam si vera fatemur
Stulta petis salvo semper honore tuo
Nec tamen id fieri quovis medicamine posse
Credideris nil est tutius ire domi
Sed quod habent medici spatiosa climata mundi
Hec tibi iurassent non nisi verba forent
Non tamen id renuo quin posset crescere multum
Hec tua cauda tibi sed nulla nova dari
Fracta vel elisa medicorum cura reformet

176v